Ro: q; Constantiensi negem, qui habeam hoc monumentū &
hanc excusationē, q; Concilio incūbit probare sua de creta, &
ostendere se nō errasse post q; constituit, ipm aliquid errasse & er-
rare posse.

Quid ergo putas nobis pstant vicarie illę Cōciliorū nři sæ-
culi, determinations & reprobationes, nisi q; nos reddūti (i in
illas nixi fuerimus) incertos vbi tandem querendus sit Christ⁹,
Ecclesia, Conciliū, Spūsanctus, omniacq; plane in primū cas-
hos confundantur.

Sed ad Constantiense reuertor, quo magis im petor, cuius
damnationē in articulo illo Hussitico, Papa nō est iure diuino
super omnes ecclesias, etiā ideo iniquā al sero, q; sit contraria Ni-
cenō Concilio & Aphricano, & roti orientali & Aphricane
Ecclesiā, cū nō nisi sexta Synodo Calcedonei, oblatus sit pris-
matus (non iure diuino) sed ab Ecclesia Ro: pontificib, nec sic
tñ ab eis assumpitus, vt scribit S. Gregorius, Nam si iure diuino
staret primatus, Nicenū cū quatuor sequentib esset hæreticū,
omnesq; in ecclesia oriental hæretici, hæreticū Ro: pontifices, q;ui
oblatū respuerūt. Quare volo autoritati Constantiē, Con-
ciliū in hac parte nihil cedere. Nō em patiar vlla ratio ne maiore
partē ecclesiā hæreticā fieri, ppter Constantiē, Conciliū, quod
errasse, palam est, Nec mirum cum administrata hæc sint po-
tissimum machina inquisitorum & sociorum suorum.

Sunt & multi aliij articuli Huss, verissimi ibidem damnati,
quos expediā, cū aduersarius me excitauerit, nam hoc ex ipsius
Conciliū verbis euidenter probabo, Iohannis Huss sententia nō
fuisse, Q; malus pntifer, aut in peccato mortali existens, non

sit pontifex habēdus, licet sanguinarij inquisitores, multos articulos ei in hāc rem impositos dānari curarint.
Nec hic curō, q̄ me Boemorū patronum vociferantur, ipsius Concilij, qđ contra me factant, ostendo & sequor verba, que si falsa inuentra fuerint, quid ad me? Sin vera, cur non sequar.
Meum est (vt dixi) contra omnem vocabulorū titulorum, nominis dignitatis strepitū, verū dicere, & falsum negare. Sic enim Christiano faciendū esse credo. Et rogo, si non placeo nomine Christiani, singant & sinant me interim velut Turcam aut quēuis infidelem eis opponere, meas rationes & autoritates, ut saltem sic videant & experiantur, quo studio possint fidem suam tueri, & q̄ facile sit dicere, Concilii sic determinauit & qđ facile sit id ipsum bene determinatū esse tueri. Dico ergo, q̄ iste articulus sit male damnatus Constanti, om̄is auctus hominis, aut est bonus aut malus, ac respondeat quise putet determinationē illam defendere.

Primi dicit Aplūs Ro: viij. Qui spiritu dei aguntur, n̄ filij dei sunt. Itē. Qz, si quis sp̄m Christi non habet, hic non est eius. Hic querō cuius sit ille, q̄ nō est Christi: nonne diaboli & peccati? At qui seruus est peccati, facit nō nisi peccatum.

Secūdo, dicit idem Gal. iij. Quicūq̄ ex operib⁹ legis sunt sub maledicto sunt. Ecce hic opera legis extra gratiā, dicit esse maledicta, ergo non neutra. Et dicit. Quicūq̄ neminem excipiens, nec aliquid mediū inter maledictū & gratiā faciens. Nec valet qđ Ap̄lm hic de lege ceremoniali loqui dicit, q̄ ea tūc mortifera fuerit. Nam ex sequentibus pater, q̄ de oīm legum operib⁹ loquitur, cū inducat Mosen, dicentē. Maledictus qui non permanet in om̄ibus q̄ scripta sunt in libro legis. Deinde dicit Christū nos redemisse de maledicto legis. At Christus vere nos non redemit de lege ceremoniali post mortē eius abrogata, sed de lege quacūq̄ dans gratiā, ut possit impleri. Si ergo opera legis sunt maledicta sine gratiā, quāto magis nulla alia opera sunt neutralia, seu in genere morū bona.

Tercio. Luce xij. Aut facite arborem bonā & fructum eius bonū, aut facite arborē malā & fructū eius malū, hic nihil medīū Christus permittit intelligi, sicut & ibidē dicit. Qui non est meū contra me est, & qui nō colligit meū, dispergit, videsq; aut cū Christo colligidū aut dispergendū, vel cum eo vel cōtra eū esse oporteat. At contra eū, non est nisi peccatum, nec dispergit, nisi qui peccat.

C iii

Quarto. Iohann: xv. Si quis in me non manserit, mitteatur
foras sicut palmes, & arescer & colligent eū, & in ignē mittent,
& ardet. Ecce arescit & perit quisquis extra Christū est. Et tu dis-
cis, neutrū, q̄ nec arescat necq̄ virescat, sed mediū se aliquid habet.

Quinto. Ro: xiiij. Om̄e qđ nō est ex fide peccatū est, quod
B. Aug: pro regula habet. Qz aut̄ dicūt, ibi fidem p̄ conscientia
accipi, & Apl: in loqui de ijs, qui cōtra conscientiam operatur,
q̄q̄ hoc B. Aug: repellit, tñ age, sit ita. Adhuc stat sententia, qui
non habet fidem in Christo, non habet conscientiam bonā erga
deū, ergo vel non credit, vel dubitat se placere deo in operibus
suis. Si dubitat, peccat cōtra conscientiam, quia nō credit firmiter
se deo placere, quare agit qđ credit nō bonū, & ita semper pec-
cat. Sola aut̄ fides firmiter confidit se placere deo, & hac fide fit
ut placeamus deo, quia hęc fides vere deo bene sentit, ac p̄
deo vero cū haberet, p̄sumens bona de ipso iuxta illud Sap: i.
Sentite de dño in bonitate, Impossibile est em̄ hominē salutē
esse, & bene viuere, nisi de deo erga seipm̄ bene sentiat.

Sexto (vt om̄itā plura, ne plixior sim) adduco rationē,
qua vtitur fere S. Aug: p̄sertim cōtra Iulia, li, iij, & reperit eandē
Greg. Ari, li, ii, q, xxvij. Quę est hęc. Virtutes discernuntur finis-
bus, nō officijs. Iam q̄libet virt⁹ extra gratiā, querit q̄ sua sunt,
nec p̄t q̄rere q̄ dei sunt, quia nō p̄t in opus charitatis, de qua
dicitur laude p̄pria, i. Cor. xij. Charitas nō querit quę sua sunt
quare nulla virtus habet deū pro fine, nec p̄t deū diligere sup̄
omnia & ppter deū. Alioquin gratia nō esset necessaria. Atq̄
hac sola causa sit, vt om̄nia opera bona gentiū aut naturalia
sint mala, q̄ a fine debito carēt. Hoc est quod Apostolus Ro:
iij, in uoluehs prorsus oēs homines tam iudicos q̄ gentes, licet
illi iustitia hęc sapientia p̄tum poterant, p̄stabant, dicit. Non
est iustus, nō est intelligens, non est requiri es deum: om̄es decli-
nauerunt simul inuitiles facti sunt. Ecce, Nem o requirit deū &
om̄es declinant, nullus intelligit deū, nedum pro fine deū ha-
bet in opere suo. Vnde fideliter cōcludit d. Conclu sit deus es
sub peccatiū. Ecce nemīnē excipit, om̄nes sub peccatiū, quod &
Dauid dicit, Omnis homo mendax, a mendace vero, quid ve-
lum dicetur, Ab imundo quid mundum fieri, ait Sap:.

Quod vero dicitur, Nonne Caiphas p̄phetauit verum?

Nonne Matt. vii. multi prophetauerūt in nomine Christi & multas virtutes fecerūt: Respondeo, vera, sed non vere dixerūt, bona sed non benefecerūt. Quis enim non dubitat, quin meretrix, tam bonum aurum gestet & pudica matrona, & tam formosa quoque membra habeat: sed non tam bene gestat & vivitur. Eodem modo & bona illa opera sapientie, virtutum, donorum, cum sint gratuita dona dei, bona sunt valde, sed quia non in finem debitum referuntur, bona faciunt, sed non bene. Quare e bonis donis dei, mala opera nostro virtuo sunt. Ideo Christus illis dicaturus est, Discedite a me omnes operari iniquitatis. Quoniam sunt operari iniquitatis, quia tanta bona fecerunt: nisi quia bonis malefici sunt, etiam si hoc malo vobis, alijs puerunt.

Septimus. Si iustus in gratia, non potest facere bonum quin simul peccet, quanto magis iniustus, non facit bonum ac per hoc excludo, aut bonum aut malum esse actum hominis quemcumque, nec dari actum medium & neutrū. Antecedens probabitur evidenter conclusione sequente.

Quare ad rem oppositionis redeundo, Omnis Christianus quotidianie penitet, quia quotidianie peccat, non quidem perpetrando criminis, sed non perficiendo mandata dei: Et ad hoc probandū sufficeret autoritas Iohann. in conclusione posita, quod fructiferos palmites purgat celestis agricola. Si sunt purgandi: sunt immundi, si immundi: sunt peccatores, si peccatores penitentia indigent. Quare ad eos pertinet verbū Christi, penitentia agite.

Secundo illud eiusdem Iohann. prior. Si dixerimus, quia peccatum non habemus, nos ipsis seducimus, & veritas in nobis non est, quam autoritate beatus Augustinus, in multis locis adducens ponderat in verbo habemus presentis temporis, quod non dicit habuimus, sed habemus. Quare quotidianie peccamus & quotidianie peccatum purgamus, ita ergo penitemus, nisi penitentiam dicamus non esse peccatorum purgatione, contra omnium sententiam, qui contritione culpe deletricem, penitentiam potissimum partem ponunt. Denique hoc verbo Iohann. nixus. B. Augustinus de natura & gratia audet dicere, Si omnes sancti in unum congregati quererentur, an peccatum haberent, quid essent (inquit) dicti: si dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipsos seducimus & veritas in nobis non est. At nullum peccatum sine penitentia tollitur.

Tercio illud ps xxxi. Pro hac orabit ad te ois sc̄tūs in tpe
oportuno. Ecce omnis sanctus orat pro impietate peccati sui,
hoc aut̄ est poenitentia utiq; nec pot̄ dici qd̄ p̄pterito, aut pro
poena p̄teris peccati orer, sed pro p̄fenti, nam vt hoc ostendes
re, adiecit, impietatem peccati mei, pro hac orabit, non sc̄z pro
peccato, quo aliquā poena significatur, sed pro impietate pec-
cati, q̄ est culpa, nam pro remittenda oratur, p̄ remissagratias
agimus.

Quarto, illudi Timo. i. Venit Ihesus Christus peccatori
saluos facere, quorum primus ego sum, non dicit fui, sed sum
peccator iuxta illud Ro: vii. Scio q̄ nō habitat in me, hoc est ī
carne mea, bonū. Quod nolo malū hoc facio, & ego aut̄ car-
nalis sum venidatus sub peccato. Sic Gal. v. Caro concupiscit
aduersus spiritū, & sp̄tū aduersus carnem, At cōcupiscere cōtra
spiritū, peccatum est, quia prohibitū p̄cepto dei, Non concupis-
ces, Quare hoc peccatum est p̄prie peccatum, & per poenitentiam
diluentū, sicut Ro: vi. docet, destrui corp⁹ peccati, & nō obe-
dire desiderijs carnis. At desideria carnis, peccata & cōtra legē
sunt diuinā, quare poenitentia p̄ eis opus est.

Quinto, Luce xiiij. putatis, quia ip̄i debitorēs fuerunt pri-
omib⁹ hominib⁹ habitatorib⁹ Hierusalē nō, dico vobis,
nisi poenitentia habueritis, om̄s simul peribitis. Ecce omnibus
poenitentia in dicit. Ita Luce vlt. Op̄ ortuit p̄dicari in nomine
eius poenitentia in remissionē peccatorū, in om̄es gentes. Ecce
totū Euangeliū nihil est q̄ p̄dicatio poenitentie, ergo vita Euā-
gelica est aliud nihil q̄ poenitentia. Ideo Bern: recte dicit. Qui
non assidue ad poenitentia festinat, factō ostendit se penitentia
non egere, quasi sc̄z si longe absurdissimū, esse aliquem, qui
penitentia nō egeat.

Sexto. Tota Ecclesia teste Aug: vsc̄ in finem mundi orat;
Dimitte nobis debita nostra, Hęc aut̄ vox est penitentie, ita vt
Christus dicit. Si non remiseritis hominib⁹ peccata eorū, nec
pater vester remittet vobis peccata vestra, loquitur ad Aplōs
sanctos filios dei, & vbi sunt eorū peccata c̄ venialia quidē sūt,
sed mortalia erunt, nisi remittantur, Sane sunt quidā, qui hanc
orationem pro penitēs peccatorū orari garriant, quos oportet
tanq̄ verbi dei depravatores cauere, Nam quid dicēt ad illū.
Sanctificetur nomen tuū, adueniat regnū tuū, fiat voluntas tua:
hoc sanctissimi etiā orant, at orando confitentur se nondum
sanctificasse nomen dei, nondū in eis esse regnū dei, nec iusti-
tia eius, Sed querunt hac oratione regnū dei & iustitiam eius,
nondum

nondū se fecisse voluntatē dei. At hēc om̄ia sunt debita et sp̄e,
& peccata cōtra legem dei, qui vult nōmen suū sanctū esse, in
nobis regnare, voluntatem suā in nobis fieri. Nec putandum q̄
fict̄ oretur, quare sequitur, om̄nes vere orare, & vere sibi hēc
deesse confiteri. Et ita patet q̄ sola oratio dominica nos docet,
Primo esse nō os quotidianos peccatores, & semp̄ peccare. Des
inde totā vitam esse p̄oenitentiā & orationē & cōtritionē.

Ex quo ulterius sequitur, contra Cōcilij Constantiēni, de
terminationē, omnē actū hominis esse malū extra gratiā, q̄nt
etīa actus iustorū in gratiā, nō est bonus, nec implet mandatū
dei.

Vltimo ad hoc vrgent rot Apostoli Pauli exhortationes
ut mōrtificemus mēbra q̄ sup̄ terrā sunt; Coll. iij. Et facta car
nis Ro: viij. Et renouemur in nouitate sensus. Ro: xiij. Et carnis
curā nō faciamus in desiderijs eius, ibidem, crucifigam⁹ carnē
cū cōcupiscentijs. Gala. v. Q uę om̄ia eo tendū (vt clarū est) q̄
assidue p̄oenitendū sit, quia peccatū somnis, assidue mouetur,
& noua desideria p̄fert, ceu spinas & tribulos terra maledicta
Gene. iij.

Cetera in resolutorio Con. i. ii. & iii. & con. Sed nec adhuc
video huius cōclusionis sententiā cōfutatā, neq; em̄ tacta suic
Lipſię in una syllaba. Enīs etīa sententiā si neges, necesse est ve
neges om̄es ferme libros B. Aug: cōtra Pelagianos, editos, qui
totus per om̄ia in hanc sententiā p̄cedit. Sequitur ergo hanc
nō esse doctrinā nouā, vt Eccius calūniatur, Sed Eccij propos
titio cōtraria huic, est nouus & vetus error, ad heresim pertinē
Pelagianoris, nec Conciliū quicq; cōtra statuere habet, nisi vee
lit errare, sicut ſep̄pius fecit.

CONCLV: II.

In bono peccare hominē & peccatū veniale, non
natura sua, sed dei misericordia solū esse tale, aut
in puerō post baptis̄mū peccatū remanēs, negare,
hoc est Paulū & Christū semel cōculare.

Tria ista conclusio cōprehendit, esse peccatū in bono ope,
Deinde peccatū nō natura, sed misericordia dei esse veniale, &
peccatū post baptis̄mū remanere.

Primū ita ostenditur.

Isaias, Ixiiij. Et facti sumus in undi om̄es nos, & quasi pann⁹

D.

menstruat vniuersitatem nostram. Hæc vel sola autoritas ob-
struat omnium contradictionis & gulam, cū sit apertissima, esse
nos omnes imundos, & non modicim iustitias, sed iustitias quæ nostras
aperte deit. Sed scio quid hic soleat opponere, scilicet pphæ-
tia loquaciam de iustitia nostra, quæ ex lege est, quam Apollonius quæ dñan. In
hanc tentatiā & D. Hiero: cedere videatur. Sed verba pphætæ
sunt manifesta, loqui enim in persona sua & totius fidelis po-
puli, qui non iustitia legis, sed gratia iusti erant. Siquidem & ipsi
eandem escam manducauerunt, & eundem spiritum fideli habuerunt, ut
Apollonius dicit. Neque enim iustitia legis constitetur deo in humilitate,
non est accusatrix sui in principio, sed inflata excusat se & iustifi-
cat, quare solius gratia iustificantis est dicere & confiteri se esse
imundum & iniquum. Secundo non dicit iustitiam nostram, aut nos,
sed omnes nos, & vniuersitatem iustitiam nostram, neminem excipit, & nul-
lam iustitiam mundam assertit, ergo non potest trahi ad aliquos, quæ
non fuerint gratia iustificati, nec ad solam legalem, sed ad omnes,
& ad omnem iustitiam eorum. At certum est aliquis inter eos fuisset,
qui plusquam legali iustitia iusti esset, & aliam quæ iustitiam legalem
tunc fuisset simul, & tamē dicit omnes imundos & vniuersitas iusti-
tias pollutas. Quare vincit hæc autoritas & tamē aperta verba
cogunt cuiuscumque interpretationem posthaberi suo apertissimo
sensui.

Sed & illud malo intelligendi usus dicit, quæ iustitia legalis
fuerit imunda ad iustitiam Euangelicam comparata, quia lex vice quæ
ceremonialis erat bona, & a deo instituta, quare iustitia eiusdem
non erat de se imunda ullo modo, cū tunc non minus coges-
tentur ea seruare, quæ decalogi precepta, Ideo qui de iustitia legis
tanquam imunda loquitur, solū respectu ad tempus Euangeli, in
quo est abrogata, non quia imunda, sed quia fiduciam prehebat
stultis contra gratiam dei, ut Apollonius ad Gal. & Ro. docet. Quare
sicut ceremonialis iustitia erat bona & recta, & tamen imunda,
& decalogi eorum iustitia erat imunda, quæ nullibet bona, ppheta
enim pro suo tempore loquitur, quo iustitia legis nondum erat ab-
rogata, alioquin dicendum, quod de eis pceptum est imunda seruare,
quod est detestabile. Stat ergo verbū vniuersitatem iustitiam non imundam,
& omnes nos imundi.

Secundo illud Eccl. vñ. Non est iustus in terra, qui benefac-
iat & non peccet. Solet autem hoc verbū sic eludi, quæ iustus alii
quando benefacit, aliquem peccat, sed hoc non stabit, si enim hoc
voluisset, sufficerat dicere. Non est iustus qui non peccet, quid

em̄ superflueret verbis, quasi aliquis sit iustus, qui faciat male? Non em̄ nisi iustus facit bene, & a benefaciendo iustus est, ideo ut exprimat virtutē, addit, quis faciat bene, & nō peccer, Nam dū de operibus extra benefacta le quīs, sic dicit. Septies in die ea dicit iustus, & toties resurgit. Hic non addit, iustus qui benefacit

Tercio illud Ro: vii. Quod nolo malū, hoc facio, quod volo bonū, hoc non facio, Et infra. Cōdelector em̄ legi dei secundū interiorē hominem, video aut̄ aliam legem in membris meis repugnante legi mētis meç &c. Hic aduertamus Apl'm, cedant huic ratio & autoritas, sive Ecclesiē sive Concilij, quoniam hic docetur, cuius contrariū, si angelus de celo docuerit, nō credam, Nemo hīc locū Apł'i mihi superabit, nec euader. Primum hic idem vñus homo Paulus sanctus Apł'us, plenus gratia, simul delectatur in lege dei, si repugnat legi dei, simul vult bonū secundū spiritū, non tamē agit propter carnem, sed contrariū, ergo peccat dum benefacit. Nā repugnare lege dei, quis aliud q̄ peccare audeat intelligere. Non agere bonū, nō ne contra legem dei est. At dum vult hoc bonū, eo ipso nō facit hoc bonum, sed malū contrariū, cū ergo nunq̄ sit sine repugnatiā nunquā sine virtute bene facit, nunq̄ ergo plene implet legem dei, quare ut sic dixerim. Noluntas illa legis dei in carne semper est, quādo voluntas est legis dei, per hāc benefacit, per illā male facit, Nolle ē ex carne, velle ex spiritu, ideo oramus, ut fiat voluntas dei in terra (carne) sicut ī celo (i. spiritu) sit, sic dicit. Velle mihi adiacet, perficere non inuenio, Hoc & scholastici dicunt, Qz homo sit difficultate ad bonū, & prōn⁹ ad malū, & tamē audent dicere, non esse peccatum in opere bono, quasi difficultas q̄ impedit hilarem & liberam legis dilectionē, non officiar, q̄ minus legi dei saffiat, q̄ nō nisi puro & libero amore implet. ps. i. In lege dñi voluntas eius. & i. Timoth. i. Finis legis charitas. Ita de Christo ps. xlviij. Dilexisti iustitiam & odisti iniuriam Concludit ergo Paulus, igitur mente seruio lege dei, carne aut̄ legi peccati. Quid expressius dici potest, idem seruus, eadem seruitute, legi dei & legi peccati seruit. Adhuc negas peccatum esse, seruire legi peccati? Eadem fronte neges, bonum esse seruire legi dei. Est ergo omne opus bonum vitiosum cuiuscunq̄ hominis in hac vita, propter seruitutem peccati, qua tenetur captiuus in carne, ut legi dei semp̄ debitor & peccator maneat hoc vno saluus, q̄ cū Apł'o clamat. Insolitus homo ego, quis meliberabit de morte corporis huius?

D ij

Quinto eadē eiusdem sententia est Gal. v. Caro concupiscit aduersus spm, & spūs aduersus carnem, hæc ē sibi inuicē aduersantur, ut nō ea q̄ vultis faciat. An etiā hic nō satis apertus est Paulus? Concupiscere aduersus spm, peccatum est & cōtra legem dei. At hæc duo manet, q̄ diu caro manet, ita nō faciūt qd volūt. Volūt legē de seruare, ne cōcupiscat aliquid cōtra legem dei, sed nō faciūt nec iplēt hoc velle, ideo manet peccatores, & non vnlī s. item opus faciunt, in quo nihil sit debiti, aut defectus a lege. Hic vero obſtrupit, d. hic defectus ppric peccatum nō est, ideo tenendus est vſus loquendi, & loquendū ut multi. Respōdeo. Tuus vſus est pernicioſus, q̄ a loquendi vſu recessit, qui in ſacris literis eſt, cuius theologos oportet eſſe cōſtantissimos obſeruatores. Paulus dicit, q̄ seruit legi peccati, & contra legem agat. At peccatum magis ppric dici nō pōt, q̄ id qd cōtra legē eſt, & legi peccati seruit, valeat ergo tuus loquendū abuſus. Sed de hoc infra in peccato veniali.

Igit̄ tñā eſt ibi peccati, quantū nolūtatis, difficultatis, repugnātis. Et tm̄ ibi meriti, q̄ tñ volūtatis, libertatis, hilaritatis. Mixta ſunt hēc duo in om̄i vita & ope nostro. Non em̄ ſine carne ſumus, nec ſine ea operamur. At qualis eſt caro, talia operat. Qd ſi ſit tota nolūtatis, iam eſt p̄t̄ ibi mortale & auersio. Tota autē volūtatis in hac vita non eſt, ideo ſemper peccamus, dñ bñ facimus, licet qñq̄ mīnus, qñq̄ magis, ſed m̄ q̄ caro minus fuerit impotuna cū ſuī ſimūdis defiderijs. Hęc ergo ē cauſa, quare non ſit iustus in terra, qui faciat bene, & non peccet. Eſt autē talis iustus ſolū in celo. Cū autē homo ſine iſta nolūtate nō ſit, nec ſine ea operetur, per hoc, nec ſine peccato in ope bono erit. Qd̄ em̄ ſine ea operari pōt, qui ſine ea viuere & eſſe non pōt? Quare iustus eſt velut instrumentū corroſum rubigine, qd̄ deuſuſcepit expoliendū, qd̄ vbl̄ corroſum eſt, male ſecat, donec perfecte ſit expoliūt.

Sexto, ad hoc valet illa parabola (Lcce x.) Samaritanū q̄ ſemiuiuū hominē in fuſo vulnerib⁹ oleo & vīno, alligauit qd̄ vulnera, ſed nſquid mox ſanauit: nō ſit, ſed curam eius co- misit ſtabulario, donec rediret. Itaq̄ ecclēſia ſtabulūt eſt, in quo accepta gratia baptiſmi, quoddicē curamur a peccatis. Et opera talia ſunt, qualia eorū, qui incipiēt ſanari, ſanati autē nōdū ſunt, q̄ patet, q̄ ſint partim egra, partim ſana, multū ab hiſ diſtantia, q̄ ſani perfecte faciunt. Inde Christus Matt. vii. Ap̄l̄os plane malos appellat, dicens. Vos cum ſitis mali, noſtis bona data dare filijs vestrīs. Si autē ſunt mali, iā ſtabit eiusdē dñi ſua.

Arbor mala nō potest fructus bonos facere, & in facilius bonos,
quā sunt arbor bona, & econtra, Quid autem hæc intelligentia, aut
vñus loquendi apud theologos perijt, in causa est quod reliquias sacra-
cris literis, ceperunt de his rebus diuinis humano (id est faciliore
ut ipi putant) modo loqui, & sic paulatim amiserunt, & sensum
scripturæ, cuius verba tanq; vasa reliquerunt simul, quod cū in bap-
tismo remitti omnia peccata scirent, statim intulerunt, nullū ibi
relinqui peccatum. Ideo somitē non peccatum, sed infirmitatem,
contra expressum textū Aplici appellantes, cū peccatum remittatur
ibi, non ut nō sit, sed ut nō imputetur (vt B. Aug. ait) Est ergo
peccatum ibi verissime, nisi quod non imputatur, eo quod cepit est excep-
tum. Ideo reatus quidem solitus est, ipsum autem manet, donec &
ipm expellatur. Sumus em in phase, i.e. transitu de peccato ad gra-
tiam. Quid si cesses illud expellere, ac p̄ non peccato habeas, iam
peccatum non seruas baptismi, & reddit reatus eius, pactus em es, te
peccatum expugnatur, ac diabolo p̄ omnipotē eius reluctatus
est, quod cū de peccatis extra te positis intelligis & tuū pecca-
tum intus nullū esse putas, nec recte baptismi sacramentū intel-
ligis nec accipis, Nihil ergo differi peccatum somitē a quoliz
habet criminē post vel ante baptismū, cū sit equus contra legem dei
sicut quo dlibet aliud, nisi quod non imputatur.

Quare quid alij in Theologia scholastica dīdicerint ipsi vi-
derint. Ego scio & cōfiteor, me aliud nihil didicisse, quod ignoran-
tiam, peccati, iustitiae, baptismi, & totius Christianæ vitæ, nec
quid virtus dei, opus dei, gratia dei, iustitia dei, fides, spes, cha-
ritas sit. Breuiter non solū nihil didici (qd̄ ferendū erat) sec non
nisi dīdescenda dīdicē, omnino contraria diuinis literis. Miror
autem si alij feliciter dīdicerint, Quis si aliquis sint, candide eis gra-
tulor. Ego Christi amiseram illuc, nūc in paulo reperi.

Septimo, huc parabola Matt. xiiij. pertinet. Simile est res-
ponsū coelorum fermento, quod acceptū mulier abscondit in farinæ
ne sati tribus, donec fermentaret totum, Satū genus mensuræ
est hebreacū, modiū & dimidiū continens autore Hiero. Quod
autem sint tria sata ista farine, modo nō est locus dicere. Sat nūc est
farinā esse nos homines, fermentū absconditū Christū, gratia
nobis largitā in spiritu fidei. Sed si cū fermentū non subito fer-
mentat consperionē totam. Ita gratia infusa, non tñox diffun-
ditur per totū corpus, sed paulatim totū hominem fermentat,
sibiq; simile reddit. Quare peccatum ibi reliquum est, sed quia ces-
pum expurgari, non imputat expurgatori, hoc est em in bap-
tismo omnia peccata remitti, non imputari scz, non aut penit-

D ij

tus evanescari. Error ergo est & humana sunt cōmenta, q̄ peccatum, quo ad formale suū tollitur, formale autē appellante, priuationē gratiae, materiale ipm̄ somitem vel habitū. Reatus tñ tollitur, formale aut tñ manet, quantū materiale, hoc est, priuationo gratie, tanta ibi est, quanta est concupiscentia reliqua. Oportet em̄ in locū concupiscentie succedere charitatē, que nō est, vbi concupiscentia est. Causa erroris est, q̄ subiectum gratie danti solā animā, eiusq; nobiliorē partē. Deinde q̄ carnem & spm̄ distinguunt metaphysice, tanq; duas substātias, cum totus homo sit spūs & caro, tñ spūs, q̄tū diligit legem dei, tñ caro, q̄tū odit legē dei. Sic sanitas & morbus iuxta sunt in eodē corpe aut eodem loco carnis. Ideo em̄ iuxta Salomonē. Nemo gloriari potest se haberem mundū cor, q̄a caro, id est affectus carnis & concupiscentia quae est fermentū vetus nequit, totum hominē corruptit. Iuxta Gen. viii. Nō permanebit spiritus meus in hominē, quia caro est, inquit, non carnē habet, quia toto affectu cordis carnem sapit. Quare fermentū nouū quae est charitas rursum misceat huic fermento veteri, ut ipsū etoto homine ejiciat, primū de corde, deinde de toto corpe & omnibus membris.

Octauo, Illud preualidū in psal. clxij. Non intres in iudiciū cū seruo tuo, quia non iustificabit in conspectu tuo omnis viuens. Hic quero, an ille iustus, quē singunt, cum in ipso pulcherrimo merito sā actualiter fuerit, etiā sit numerādus inter eos qui viuunt, cum psal. omnis viuens vniuersaliter dixerit. Si inter eos numerat, non iustificabitur corā iudicio dei, ut hic dicit. Cur hoc queso: si siue peccato est in opere bono, non potest damnari a deo, qui iustitia est ipsa, nūc magis amans q̄ iustitiam, nec timendū q̄ iustus iudex, iustitiam damnet. Si autem damnari, iam siue peccato nō est, & contra legē dei inueniētis. Non em̄ damnatur, nisi qui legi dei nō satisfecit.

Q, si is non iustificabit in iudicio dei, qui seruus dei est, nec omnes viuentes, inter quos necesse est sanctissimos aliquot esse, si Eccliam sanctā, sanctorū cōmunionem in terris viuere credimus, qui in legem implent, q̄lis putas furor est eorum, qui circa gratiā & extra Eccliam insaniunt, legem posse impleri ex natura ihesu viribus, quo ad totam substantiā facili, licet non ad intentionē precipientis. Ad hoc, ut iterū ad articulū huiusmodi Constantij damnati redeam, q̄tus error est. Actum neutrū & non malum inueniri dicere, quando actus iustorū non est iustifica-

bilis coram deo? Quibus recte illud Hiere, dici potest. Ecce
quibus iudicium non erat, ut biberent bibentes bibent. Et tu in-
nocens eris. Non eris innocens. Et. i. Pe. iiij. Si iustus vix sal-
uabitur peccator & impius vbi parebitur? Et vide monstra
qua hinc sequitur. Impio' extra gratiam, in suo opere bono
tribuit, nec veniale peccatum, sed solum odo, non meritorium.
cum hic iusto in opere bono tribuat adeo peccatum, ut si iudicio
dei sisatur, non possit iustificari, (hoc est mortale & damnable)
quanto ergo magis impij opera bona sunt dannabilia & morta-
lia nequam neutralia seu media. Et adhuc gloriantur Theologii
am scolasticam, non esse contra Theologiam sacram, cum hac ratione
melior esset conditio pectoris quam iusti, vbi ille non peccaret, in quo
iustus peccaret. Hinc iam videmus unde fluant sanctorum
patrum sententiae.

Aug. li. ix. Confess. Ve homini virtute cunctis lauda-
bili si remota misericordia indicet. Quid hic queso sequitur?
Nonne omne peccatum esse omnino mortale ex natura sua, sola
aut misericordia dei veniale? Nec mirum sane, quia omne peccatum
est contra legem dei. At contra legem dei esse iam grauissimum est
cunctum in ipso est. Necesse est enim proptero separari a deo, quic-
quid quocunque contra legem dei est, cum nihil inquinatus in-
stratur sit in regnum coelorum. Deinde cum nec apex sit pre-
stiturus a lege, qui non fiat, necesse est nec veniale quidem pec-
catum remanere. Eloquia enim domini Casta, argenti igne pro-
batum, purgatum, septuplum. Ita purum esse oportebit & hos
mines, alioquin saluus non erit, quia apex unus non preteribit.

Quocirca grauiss error est iterum Theologorum, peccatum ve-
niale penitus nihil curantur & garrientur, quod veniale peccatum,
deum non offendit, aut solum venialiter offendit. Si tam levius
offensio, cur justus vix saluus erit? cur non sustinet iudicium
dei, & iustificari iustus non potest? cur tam serio & non venia-
aliter nec improprie orare cogimur, Dimitte nobis debita
nostra. Et fiat voluntas tua. Adueniat regnum tuum. Sanctificetur
nomen: Nonne appetit hos Theologistas, primi extin-
guere timorem dei in hominibus. deinde puluillos & cervicas
lia sub manibus & capitibus eorum ponere ut Ezechiel dicit,
ac orationes eorum remittere & spiritum extinguere? Non est res
levius momenti (dicant quid velint) legi & voluntatis diuinae, vel
uno pilo dissentire, nec res levius, misericordia diuina, quam veniale
ignoscit. Ita illi legem & voluntatem ac misericordiam diuinam, pene p

Ignavia habent, ne ferueat oratio, neve ardeat gratitudo iustorum. Attēdamus ergo a fermento istro pharisaico.

His interim satis factū est. Eccianā secūdam ppositionem esse & erroneam & impiā, quādo negat iustum in omni opere bono peccare. Aut iustū peccare mortaliter (si iudiciū diuinū spectes.) Aut peccatū in baptisato remanere. Hæc em̄ huma-
nis somnijs cocepit, qui in sacris literis, quid peccatū aut opus
bonū sit, nec legit nec intellexit.

Iterum Aug. lib. i. retract. xxix, vbi quesiuisset an mandata dei fuissent ab Ap̄l's implēta om̄ia, dicit oīa, mādata implenatur, quādo quicq̄ dñō implētur, ignoscit̄, quia in eisdē man-
datis est & illud, qđ tota Ecclesia usq; ad finem mundi orat.
Dimitte nō nobis debita nostra. Videsq; mādata non opantibus
hōib; sed ignoscente deo implēt̄. Quid aut̄ ignoscitur
in operibus mandatorij, nisi peccatū? At non leuis est ignoscē-
tia, quā diuina maiestas do nat, Desinat ergo veniale peccatū
leue facere, ad cuius remissionē, nō homo, nō angelus, sed mis-
ericordia æternā maiestatis necessaria ē. Deinde nō leue mā-
datum est, qđ eadem maiestas, iussit orare, (vt Aug. hic dicit.)
Dimitte nō nobis debita nostra. Diuina maiestas veniale pecca-
tum tanti facit, vt pro eo delendo, preceptū statuat orandę mi-
sericordię suę, & homo sibi securitatē in illo singit. Ve illi per
quem tantum scandalū venit;

Iterum, idem Aug. Epist. xxix, ad beatū Hiero. de virtutib;
bus disputans, d. Et ut generaliter breuiter qđ cōplectat quē de
virtute habeā notionem, qđ ad recte viuendū attinet. Virtus
est charitas, qua id quod diligendum est diligitur. Hæc in alijs
maior, in alijs minor, in alijs nulla est. Plenissima yō, quæ nō
possit augeri, qđ diu hic viuit homo, est in nemine, qđ diu autē
augeri potest, pfecto id quod minus est qđ debet, ex vitio est.
Ex quo vitio, non est iustus in terra, qui benefaciat & nō pec-
cat. Ex quo vitio, non iustificab̄ in conspectu dei omnis vi-
uens, ppter qđ vitium, si dixerimus, quia peccatū nō habe-
mus, nos ipſos seducimus, ppter qđ etiam, qđ umlibet pfecto
minus necessariū habemus dicere. Dimitte nobis debita nostra
cum iam om̄ia in baptismō dicta, facta, cogitata dimissa sint.

¶ Hæc clarissimi patris clarissima sententia, nonne predicta
omnia confirmat, qđ defectu charitatis reliquā nimirū conca-
pientia, causam facit peccati in quolibet operi bono?

D. Hierony. li. ii. cōtra Pelagia, tractās illud psal. xiij. dixi
Confitebor aduersum me iniustiā meā & tu remissisti impie-
tatem

tatem peccati mei, p̄ hac orabit ad te oīs sancta; i p̄e oportūo.
Si sanctus est, inquit, quō orat p̄ impierat; si iniuriam
habet, qua ratione sanctus appellat. Tandem plurima scripturæ
testimonia, p̄sertim Job adducens, concludit. Ecce Job nō sit
immaculatus & sine q̄rela, & abstinentis ab om̄i malo, qualis fine
iustitiæ coronatur, vt misericordia dei indigat.

Idē h̄i: primo. Tūc iusti sumus, q̄n nō peccatores fatemur,
& iustitia nostra nō ex proprio, sed ex dei cōsistit misericordia,
quare miserentis est & ignoscens dei, nō volentis neq̄ curren-
tis hominīs.

Addamus Grego: in Moralib⁹, primo super illud Job ix.
Non iustificabitur homo cōpositus deo, sanctus, inquit, vir,
quia om̄e meritū virtutis nostræ vitiū esse cōspicit, si ab interno
arbitrio districte iudicetur, ideo recte nbiūgit, si voluerit con-
tendere cū eo, non poterit vñ respondere pro mille.

Secundo ibidē super illud. Si repente interroget, quis respō-
debit ei: quia (inquit) si recta pietate discutitur, in eo examinē-
etia iusto rū vita succumbit.

Tercio ibidē super illud. Si habuero quippiā iustū, non
respondebo, sed meū iudicē dep̄cabor, vt em (inquit) sepe dix-
imus. Oī humana iustitia, iniustitia esse cōuincit, si districte
iudicetur, prece ergo post iustitiam indiger, vt q̄ succubere dis-
cussa poterat, ex sola iudicis pietate cōualeat.

Quarto ibidē. Verebar om̄ia opera mea, sciens, quia non
parcis delinquenti. Ecce vir sanctus in operib⁹ om̄ib⁹ nō ma-
lis (q̄ nō faciebat sanctus vt testatur dūs de eo i principio libri)
timet & deliquisse se sentit, ac minus fecisse. Ibi Gregorius di-
cit, que aperte egerim video, sed quid intus latenter pertulerim,
ignoro.

Quinto ibidē, si fulserint velut mūdissimæ manus meæ, in
sordibus tinges me &c. Greg: Quia quoūq̄ pena corruptiōis
alstringimur, q̄tūlibet rectis operib⁹, verā mūdiciam nequaq̄
app̄hēdimus, sed imitamur. Et infra q̄uis per studia recte opa-
tionis exercear, in tua tñ notitia video, quia mūdus non sum.
Et in fine moralit̄. Quis inter ista remanet salutis locus, q̄n &
mala n̄a pura mala sunt, & bona n̄a, q̄ nos habere credimus
pura bona esse nequaq̄ possunt.

Vides ergo, om̄e opus bonū esse partim malum, etiam in
tantis viris, imo qđ amplius est & mirabile, quō p̄t vñrum q̄
verū esse; q̄ Job sese confiteretur peccatorē per totū librū, quem
deus in principio eximie laudat & iustū pronūciat. Nec enim

E.

deus mentitur, nec Job mentitur, quem non mentiens deus,
utique de veritate laudat. Et ergo verissime peccator Job, sicut
vere confitetur, est etiam verissime iustus, sicut deus eum commendat,
quoniam haec convenienter: nisi quod reuera peccator fuit, sed sola dei iugis
noscentie misericordia iustus.

Dicunt autem hic quidam, verum quidam est, Nullus est iustus si cum
dei iudicio competit, immo inquitur, sic nec angeli iusti sunt.
Respondeo, hoc est ultimum blasphemum est, quia deus mirabilis est
in beatitudine (ut apostolus ait) nec eorum iustitia, nam iustitiae modo pen-
sanda est, Sunt enim plene & pure iusti, etiam dei iudicio, versus nos,
quia in patrem nati, & peccatum velut naturam induiti, sine peccato
non sumus, donec similes angelis erimus.

Primum autem pro me facit, nam ideo dixi, nullum esse peccatum
natura sua veniale, sed omnia damnabilia, quod autem venialia sunt, dei
gratia (quod magnispendenda est) tribuendum est, ideo ne parvum
datur diuinum maiestatis misericordia, necessaria est venialia per
maximi facere.

Ratione etiam addemus dictorum.

Necessaria est hoc mandatum impleri, Diliges dominum deum tuum ex
toto corde, ex tota anima tua, ex totis viribus, ita ut nec iota nec
aperies pteratur. At cum ex apostolo Romano viij. probauerimus peccatum &
concupiscentiam in membris repugnare legi dei, clarum est, quod nec ex
toto corde, nec ex tota anima, nec ex totis viribus diligere vili
possit, ubi enim concupiscentia in corde, in anima, in viribus est, ibi non
totum cor, non tota anima, non totae vires diligunt, ac per hoc tantum
peccant, quoniam ibi reliqua est concupiscentia seu patrum, atque sic de
hoc precepto ostenditur sub patre tenet conclusos, ut omnium misereatur.

Verum inueniuntur hic glossam, quia in mille annis vix data est
pestilentialior, scilicet quod deus non requirit perfectam impletionem huius
& similium legum, cum Christus clare dicat, nec iota nec apice a lege
pterenda. Ideo timendum est isti doctores esse inter eos, quos
describit Christus dicitur. Qui ergo soluerit vniuersitatem mandatis istis mi-
nimis, & sic docuerit homines, minimus vocabitur in regno cœ-
lorum. Non ergo dicendum est, deus non requirit perfectum mandatum,
hoc enim est mutare mandatum dei, sed signos cit quod minus facimus.
Non autem signos cit sterilitibus, sed operantibus timentibus & cum Job
dicentibus. Verebat oia opera mea, sciens quoniam non parcis delin-
quenti, illi vero docet, quod peccata delinquunt, dum dicunt non requirit,
Caue ergo ne putares te non requiri totum mandatum, ne forte igno-
res te quoniam debitas deo, ac per hoc superbias accepimus gratias,

tiā cius fastidens, ad quā te q̄ maxime virgere voluit mandato
tibi impossibili.

In fine iterū induco orationē dominicā, quę sola plus &
melius erudit animā de lib. arb. gratia & peccato, quā oīres
centiorū theologorū libri & argutę disputationū.

Qui ergo orat, sanctificetur nomen tuū, petit sine dubio
qd̄ non habet, non em̄ fictis verbis apud deum ludere licet. Si
nō habet, ergo pollutor nominis dei. At nomē dei non sae-
cificare, sed polluere, leue existimamus?

Ita qui orat regnū dei aduenire, qd̄ est iustitia & pax & ins-
tra nos (vt Christus & Paulus docent.) Nonne cōstitetur se iniu-
stum & iustitia indigentem? Ad hæc orant, nō nisi filij dei ius-
ti & sancti.

Ita qui dicit, Fiat voluntas tua. Nonne rebellem se deo esse
cōstitetur? An non est peccatum dei voluntate non fieri? Vbi nūc
liberum arbitriū? An nō hic de se desperat, ad solam gratiā cō-
fugit, non nisi peccatum sibi tribuit & impossibilita mandata dei
sibi esse confitit? Vbi hic est facere, qd̄ est in se, qn̄ iusti orant,
& peccatores se in modis cōstituentur? Ita in omni ore hæc ora-
tio volvitur. Et adhuc Theologi liberū arbitriū, peccatum, gra-
tiam, tot studijs & questiōibus non inuenierunt, quid faciat aut
possint. Recte ergo dixi, op̄ ortere hominē, de his opib⁹ dif-
fidere & remissis manib⁹ & pedib⁹, gratiā velut gallicum
operū artificem implorare, licet hanc sententiam. Eccl̄ius cū fa-
cio his suis in singulare suę insenitę argumentū damnauerit.

Faceſſant ergo nugę & argumenta humana, qua dicūt vñ⁹
& idem actus nō potest esse acceptatus & deacceptatus, q̄a esset
bonus & non bonus. Hoc em̄ subtilitatis Scotiq̄e induco, vt
ostendā, q̄ longe absint a veritate, dum res istas diuinās, huma-
nis ratiūculis incipiunt metiri. Nam nisi scripture veritatē ignos-
carēt, ista nō dicerēt. Et si recte intelligerēt materia ḡę p̄cti & lib.
arbitriū non istas cauillationes, pro bonis rationib⁹ ducerēt.

Dico ergo, Idem actus est acceptat⁹ & non deacceptatus, q̄
aut̄ non deacceptatur (op̄ortet em̄ eoꝝ verbis vñ⁹,) non est bo-
nitas actus in causa, sed ignoscētia diuina, quę nisi esset, nul-
lus esset acceptatus. Quare satis patet, q̄ sunt ignari diuinę mis-
sericordię ac p̄ hoc & Christi, dum op̄us bonū inueniūt accep-
tatione dignū, sine misericordia ignoscēt.

Dicerent rursus, Cur ergo i. Iohann. v. dicit, Q̄ uī natus
est ex deo, non peccat. Respondeo, Impossibile est vt peccat
filius dei quicunq̄. Verum tamē iuxta est, qd̄ peccat, sed quia

E ii

ignoscitur ei, ideo vere etiā peccās nō peccar, nisi Paulus non
fuit natus ex deo Ro:vn, vbi seruire se dicit legi peccati, aut ipse
Iohannes enititus est contra scipm, vbi dicit. Si dixerimus, quia
pēm nō habem⁹ nosip̄os seducimus, & veritas in nobis nō ē.
Sequitur exp̄ositio & cōcordia quā dedi, Si aut̄ confessi fueris
nos peccata nra, fidelis es & iust⁹, vt remittat nobis pēta nra,
Sic cōfiteb⁹ remittit & facit, vt peccatores nō sint peccatores.
Negantibus aut̄ reseruat & facit, vt iusti non sint iusti. Proinde
dīfinitio iusti in hac vīta est hæc. Iustus primo accusator ē sui.
Ideo iustitia Christiana, est accusatio sui, Qz cito perit accusatio
sui, statim recedit quoq; iustitia, hos cōfessores Christus gestat
in triūpho suo, Iesus Nazarenus Rex Iudeorū, i. confessorum
hoc est verbum bonū & suave, qd Ap̄lus i. Timo. i. iucūdissi-
me resonat, fidelis sermo & omni acceptiōe dignus, quia Ies-
sus Christus venit in hūc mundū peccatores saluos facere, quo
rum primus ego sum. Igit̄ stat mea secunda p̄positio, & cla-
ret quō peccatū remaneat post baptismū, & in omni ope bono
sit peccatū (si misericordia nō succurrerit) in oratione, & nulli else
natura sua veniale. Quare iterū stabilitur, qd m̄pro magis act⁹
impiorū, sū mere mali, & sic om̄is actus aut bonus aut malus
contra determinationē Concilij Constantiī, i. Thomistarū qd
ibi regnasse appetet.

Ex his etiam infertur lib. arb. esse mere passiuū in qm̄i actu
suo, qui velle vocat, & frustra garrire distinctionem Sophistar̄
actum bonū esse totū a deo, sed nō totaliter. Est em̄ totus & co-
taliter a deo, quia voluntas, gratia non nisi rapitur, trahitur, mo-
uetur, qui tractus redundans in mēbra & vires seu aniē seu cor-
poris, est eius actiuitas, & nulla alia, sicut tractus serrę secatis lig-
num, est serrę mere passiu⁹ a sectore, nec ad tractum suū quiq;
coagatur, sed tñ tracta iam in lignū operat, impulsa magis qd
impellens, quę serratio opus eius cū serratore dicit, cum tamē
mere patiatur, sed de hoc suo tempore latius.

CON: III.

Qui opus bonū aut p̄cūnitentiā, a peccatorū de-
testatione ante dilectionē iustitię incipi, nec in co-
peccari, asserit hūc inter Pelagianos hereticos nu-
meramus, sed & contra sacrū suū Aristotelem de-
spere probamus.

Ista cōclusio ex p̄cedentibus firmiter probat. Si em̄ verum est, adeo nullū opus bonū ante gratiā fieri posse, ut nec in gratia pure bonū fiat. Penitentia aut̄, bonum opus nimirū sit, ne celles eteam gratiā p̄ueniente inchoari. De penitentia em̄ salutari loquimur, nō de penitentia Iudex aut̄ damnatorū. Est ergo ex p̄esse heresis pelagiana dicere, penitentiā ante dilectionē iustitiae incipi. Dilectio aut̄ iustitiae, gratia dei est, nō natura. Verum ut Eccianæ p̄positionis impietatem manifestius videamus, rem paulo altius incipiamus.

Docui ego in resolutionib⁹ & sermone de penitentia, peccato & recordatione ante am̄ ore iustitiae nemini esse salutarem sed noxiā, ideo primū conādum ut iustitia diligat, tum am̄ ore iustitiae peccata derestent. Quam doctrinā, Ecciana molestia, nō heretica quidem nosauit, sed Euangeli⁹ & sanctis patribus contraria afferuit. Ideo magnifico titulo suis p̄positiōibus p̄fixo, contra nonā doctrinam (eadem modestia,) se disputatum ebuccinauit.

Age, Paulū Ap̄l'm videamus, qui Ro. iiiij. dicit. Lex iram operatur, vbi em̄ non est lex nec paucatio. Et. v. lex subiicitur ut abūderet delictū. Et Gal. iij. Lex, ppter transgressionē posita est. Et. i. Cor. xv. Virtus peccati lex. Quibus omnibus id vult Ap̄lus, q̄ per legem peccata potius augen̄ q̄ tolluntur, & cōcupiā magis irritetur, quo magis phibetur, sed omniū manifestissime Ro. vij. occasione accepta, peccatū, per mandatū, operatū est in me omnē concupiscentiā. Stat ergo sententia, Q, si ne gratia, lex occidit & auget peccatū, & si foris cohiberet manū tñ intus eo magis inuitū accendit animū. Cum ergo peccator ante gratiā iussus peccata sua discutere, necessario legis dei memori sit, contra quā peccauit, necesse est ut concupiscentias refriceret, & legem odiat, quam sola gratia diligere facit. Ita fit, ut hypocrita fiat & peior q̄ prius, dum simulat se odisse peccata quę vere, nec odit nec odisse p̄t, nisi legem prius dilexerit, immo plus iam diligat peccata q̄ prius, atq̄ idipm si auderet, sine duob⁹ fateretur & ipse. Quare istis pestilentib⁹ & hereticis doctrinis, repletur Eccā hypocritis, dum raro de dilectione iustitiae, semp autem de odio peccati docent, nec quō ad odīū peccati perueniat, aut sciunt, aut docent.

Et quid moror? Cum ipse Eccl̄us meus cōcedat, lib. arb. In te gratiā non valere nisi ad peccandū, qua insania dicere audet. in ista pelagiana p̄positione, q̄ nō modo nō peccet, sed scdm Euangeliū, & scdm patres agat, qui penitentiā a derestatione

E iij

peccati incipiat. hoc est, a peccando, penitentia incipiat, cu[m] ante gratiam, no[n] nisi peccare detur in homine. Deinde eius scholastis coru[m] sententia est, contritionem fieri oportere in charitate, ergo charitas prior contritione. At charitas amor est legis & voluntatis diuinus. Q[uod] si & ipse suam propositionem intelligit de peccato de testatione ex charitate fluente. Quae est ergo impudentia & temeritas, hoc appellare doctrinam nouam & contrariam Euangelio. Si an etis patribus quare dico. Si propositionem suam me vult esse contraria, heretica pelagianam teneri sententiam, si consonam, temere & stulte eam nouam doctrinam, & contra Euangelium esse iactat.

Deinde nec Aristotelem suum intelligit, qui & ipse, licet etenim gentilis, ac ciuitatem Ecclesie videt, omnem actum virtutis ab electione libera & voluntate ac amore perficiunt, atque priuationem nec noscunt, nec odiri posse, nisi cognita & amata re positiua, per quam autem priuationem esse o[mn]es dicunt, iustitia autem rem positivam.

¶ CON: III.

Deus mutat penam eternam in temporalcm, scz Crucis portandem, cuius Canones aut Sacerdotes, nec statuendem, nec auferendem habent ullam potestatem, qq[ue] id, ab adulatoriis noxiis seducti, presumere possunt.

Huius propositionis nullam adhuc confirmationem audiui, nisi in contraria Ecclesie conclusio, de hoc esse repugnant scripturam & usui Ecclesie, verum an aliud ille scripturam & Ecclesiam habeat, ignoror, forte ecclesiam malignantium & eius abusum intelligit, & scripturam, bullas & literas eorum. Mihi sufficit, q[uod] Ecclesia in his que deus vult & facit, prorsus nihil possit, propter orationem, Claves habet, quibus vtitur in terris, Nec video quo ligare auctoritate posse, cuius prorsus nullam potest habere notitiam, cu[m] usui clavis necessaria assentatur scientia. De ipsis abude in resolutionib[us] meis, quas ubi consultatas videro, cedam.

¶ CON: V.

Quilibet sacerdos debet absoluere penitentem a pena & culpa, aut peccat & que peccat, superior platus si occulta sine causa resoluat rationabilissima,

quantūlibet vsus Eccleſe id est adulatio iū resistit.

Et hāc vsui sancte Matris Ecclesiæ aduersam Ecciana arguit p̄positio. Ego vero, nō quid fiat, sed qđ fieri debat, dispueto, qđ autē sacerdotes restringuntur per Ep̄os, & Ep̄i per Papā, qđ mihi nū id possunt, qđ debent, quo iure id fiat, fateor me ignorare, vsum video, ius quero, ius inq̄ diuinū, Nam humanū & vsum pro eodē accipio. Cū em̄ presbyteri & Ep̄i iure diuino sint idem, & olim idē fuerint, dū populoꝝ curā haberent, p̄dicando & ministrando, nō video, qđ iure, Ep̄i relicto officio presbyteris, iustū presbyteroꝝ sc̄tū ascēdentes sustulerūt.

Multa sunt & alia in iure & vslu Eccleſiæ, que nō capio, qđ fieri potuerūt, Quale est iuramentū Ep̄orꝝ, qđ pro pallijs prestatore coguntur, & in meram seruitutem iniquissimæ Romæ capiunt. Qualis est mensis papalis & gratiæ expectatiuæ. Quales reseruationes casuum, & infinita his similia. Quæ siūt quidem, sed contraria fieri debent.

CON: VI.

Forte satisfacūt anīx in purgatorio pro peccatis, sed qđ deus a morituro plusq̄ voluntariā mortem requirat, vanissima temeritate asseritur, quia nullis modis potest probari.

Et hanc nemo adhuc tetigit, & abū de suis de his rebus alibi scripsi, nec multū nocet qđ Ecciana p̄positio, erroneū dicit qđ c̄ quid hēc mea p̄positio statuit, quia multi multa loquuntur, ne ergo eadē repeatam, illuc remitto ubi dixi.

CON: VII.

Neq; quid fides neq; quid contritio neq; quid liberum arbitriū sit, ostendit se noſſe. Qui liberum arbitriū actuum suorum siue bonorum siue malorum, dominū esse balbutit, aut non sola fide verbi quem iustificari, aut fidem nō tolli, quolibet crīmine somniat.

Tres errores Eccianos hic signauit.

Primus qđ liberum arbitriū sit dñs actuum suorum, quod

vna solius Ap'l'i autoritas satis cōfutat, Ro. vi. Fuisitis servi peccati, liberati autē a peccato, servi facti estis iustitiae, ita in quo cunctis vite statu sumus, servi sumus, seru cōcupiscentię seu charitatis utrāq; em̄ dominabit lib. arbitrio, sic Christ⁹ Iohan. viii. Qui facit peccatum, seru⁹ est peccati, Ita & Petrus. ij. Pe. ij. a quo em̄ quisupatus est, huius & seruus est. Si dices, Est tñ aliquo verum sensu, lib. arb. esse dominū, nō excludendo gratiam. Respondeo, siue sit sensus siue non. Theologū decet loqui ad vñam Theologię & Sacré Scripturę. Et cum in suas repertas locū di regulas cogat omnes Christianos, cur tam liberi sunt cōtemptores, regulæ diuinę? Fateor liberū arbi, posse dici dñm, Principe. Episcopū, Regem, & alia quęcunq; sed hęc periculō gratiae dei, & scripturæ intelligendę dicuntur, quae seruitutis vocabulo nō signat, & qui aliter lib. arb. intelligit, nō intelligit.

Alter error, magis noxius, & qui euidēter indicet Eccium meū nescire, quid fides sit, dum negat eam solā iustificari hominem, sed nec quid sit iustificari intelligit.

Dicimus ergo cū Paulo Ro. i. Iustitia dei reuelatur in illo ex fide in fidem, sicut scriptū est. Iustus ex fide viuer, An Ap'l'us ab Eccianis docendus fuit, vt gloriam illam mirabilē adderet, sed non ex sola fide. Item Ro. x. Corde creditur ad iustitiam, vide, vt hic soli fidei tribuat iustitiam, adeo vt solū cor nominet ceteris membris quae operent, tacitus. Ore inquit confessio sit ad salutem, sed ubi iam iustificatus est per fidem.

Dicam ergo, vt nugas istas insulsa sophistarum pteream. Nulla opa iustificat seu iustum faciunt sed sola fides, iustificatus autē facit opera, sic em̄ habet sensus scripturæ, vt iustificatio sit prior opibus, & opera fīat a iustificatis. Nō em̄ vt errat Aristotiles, iusta faciēdo, iusti efficiunt, sed iusti faciūt, opam iusta, sicut non sit Epūs, opera Episcopi faciēdo, sed Epūs facit opa Episcopi. Sic non opa fidei, faciūt fidem, sed fides, facit opera fidei. Sic nō opera gratiæ, faciunt gratiā, sed gratia facit opa gratiæ. Inde est, qd̄ deus respicit primū ab Abel (in quo sibi placet.) & sic tandem ad opa. Hoc est qd̄ vult Ap'l'us, qd̄ sola fide iustificamur, non opibus, licet opera, iam iustificati nō omitramus. Et inde latius audier dicere, qd̄ lēx iusto nō est possita, qd̄ iam iustus ex fide, non eget lege, sed sua sp̄ote facit opa. Hisne loquendi & intelligendi modū in opibus suis submersi, nunq; intelligunt sophistę huiusmodi. Nam qd̄ Ro. ij. dicit, Non auditores legis, sed factores legis iustificabuntur, loquitur qd̄ reguntur iusti, non qd̄ per opa iustificantur, atq; facere legem, est implere.

implere legem, qd est credere in Christum. Quod autem Iacobus
Aplicepa iducit, Fides sine opib⁹ mortua est, primū stil⁹ ep̄k⁹
illi⁹ longe est infra Aplicam maiestatē, nec cum paulino vlo-
modo compand⁹. Deinde de fide viua loquitur Paulus, Nā si
des mortua nō ē fides, sed opinio. At vide theologos, hāc vna
autoritatē modis dicunt tenent, nihil prorsus curantes, quia tota alia
scriptura fidem epi bus cōmendet, hic em̄ mes eorum est
vna ab regia oratione textus, contra tota scripturā corrumpere
gere. Debet ergo h̄i⁹ qui titulo theologiae inflantur, discere
primū quid esset fides & opera iuxta scripturas, ac nō mox dā-
nare quicquid contra suas opiniones inueteratas offendissent,
Qz si populus his offendit, suis imputent infelicitib⁹ studijs, q
populū nō docuerūt intelligere verba dei, & tropo scripturæ
necessarios ad salutē, Ipsi autores sunt schandaloꝝ huiusmodi.
Multo periculo p̄dicant opera p̄ fide, Fides autē sine op̄e nullo
periculo p̄dicatur, ppter ea q̄ facilis est & p̄eliuīs populus in fi-
ducia op̄m, & opera facile p̄p̄onderat fidei, vbi aut̄ pura fides
recte doceatur, sponte sua & sine periculo venient opera, dū didi-
cerint, maiore vim, imo tota in fide positam, quę faciat opera.
Horror est intendere, q̄ ignari sint euā theologi, nedū populi
in cognitione fidei, quā p̄stent, adeo ecclesia repleta est, iacta-
tia op̄m externorū, vt Ch̄r̄us de nr̄o ip̄e dixisse videatur, filius
hominis cū venerit, putas inueniet fidem ē terras Breuiter. Cū
fides sit recta & bona opinio dē deo. Opinio aut̄ q̄libet per se
solam hominē trahit in opera, Nō est dubitandum, quin omnia
opera faciat, qui fidem habuerit. Si em̄ opinio & amor mulie-
ris, non sinit esse ociosum, sed sine lege & magno facit plura, q̄
postuletur, quō nō fides, multo magis idē prester. Mūdius re-
gitur foliis opinionib⁹, & sola fide nō possit regi Christianus e.
Deniq̄ quis docet sophistas theologos, tot & tāta facere, pati,
cogitare, vitare, p̄ opinionib⁹ suis. Nōne sola affectio opinio-
nis suę. Sed alias plura.

Tercius error imp̄issimus, q̄ fidem nō tolli q̄libet criminē
dicit, cū fides sit iustitia, crimen aut̄ contrariū iniustitia. At scio
qd̄ mihi cōmenti de fide insula & acquilata obijciat, sed nūq̄ d̄
hoc est boni virtutē nedū theologi officium, scire aliquius p̄p̄o-
tionem esse veram, & tamē alii sensum querere, quo eandēm
garrias esse falsam, & ita ad vocem & vocabuli equiuocationē
veritatem calumnieris. Qz eximia vero theologia hāc est, vt
hāc, Canis est aīl latrabile, oppugnes & dicas, Cōtra Canis ē
fidus celeste, cū scias certissime canēab illo alī accepit q̄ abstine.

F

Ista sophistica & odibilis duplicitas, seu rectius multispicis
eas, cui nō odiosas sit in Protheo, nedū in Theologo? Verū qū
Eccius titulo p̄fixo contra nouā doctrinam disputare se dicit,
intelligo eū p̄ simplicitate theologica, non de alia fide loqui,
q̄ ego locutus sum, alioquin nō contra meā nouā doctrinam
loq̄retur, & titulus mentiretur, Ideo dico, q̄ sua hēc contraria p̄
positio sit oīm quas viderim vñq̄, hereticissima & imp̄ijissima
vt q̄ fidem solam iustificatricē, contra Paulū Ap̄l'm & Euāges-
tiū Christi neget, & eam nullo crīmine tolli affirmet. Deindē
berū arbitriū actuū dñm contra scripturas defendit.

CON: VIII.

Veritati & rationi contrariū est quidē, inuite mor-
ientes deficere in charitate, ideoq̄ pati horrorem
purgatorii modo veritas & ratio sit idem, qđ op̄i-
nio theologistarum.

Hēc nullū adhuc habet consutato rem, & de eadem multa
Resolutorijs dixi, ne sim tedium, repetere nolo.

CON: IX.

Animas in purgatorio esse certas de salute sua nec
gratiā in eis augeri, scimus a Theologistis assēri,
sed miramur doctissimos viros, quod huius fidei
suę rationē nec stulte verisimile reddere possunt.

Hanc multis impietēt Eccius, sed nihil effecit, cū nullus ho-
minū scire possit, quid cū animab⁹ agatur in purgatorio. Hēc
ignorantie professione, facile eludo oīm contraria argumēta, q̄
nullus possit docere, qđ nec vidit nec audiuit, nec in cor ho-
minis ascendit. Opinari possimus de ihs & similib⁹, q̄tū volu-
mus, sed solis theologistis cōuenit, vt q̄ opinio neslunt, par-
ticulicertissimis fidei iactent. Ad argumenta vero, quorū ca-
p̄tū est & vna virtus illud, hic omne meritū compari, nō illuc.
Respōdi satis in resolutorio, nec ego eas mereri dixi, sed ḡam
non augeri, & in statu merendi non esse eas, dixi nondum de-
monstrauū esse, postq̄ fuerit demonstratū, cēdam.

CON. X.

Meritū Christi esse thesauū Ecclesię & sanctoꝝ
meritis nos iuuari certū est. Eſſe aut̄ thesauū in-
dulgentiarū nemo niſi fēdus adulator, extrauagā-
tes a veritate, & fictę quędam Ecclesię praxes, aut
vſus ſimulant.

Hic forte prop̄er illam declaratoriā Leoninam, addenda
ſunt q̄dam h̄s, q̄ copioſe in resolutionib⁹ dixi. Primo, quicq; d
ſit de extrauagante illa & declaratoria, certū eſt in manu Ecclesię,
aut Papē proſuſ nō eſſe articulos fidei ſatuere, imo nec leges
morū ſeu honorū operū, qđ hęc om̄ia in ſacris literis ſint tra-
dita. Ideo reliquū eſt, vt articulorū declarando ſuſ tātū mō po-
teſtate habeat, deinde cerimoniās ordinare ad externā ſpecie
Ecclesię dei, quas rurſum deſtituat, ſi pietatis ratio poſtuleret.

Deinde in declarandis fidei articulis, oportet vt nō eos ad-
hibeat, qui humanis traditiōnib⁹, iuribus & opinioneib⁹ ſunt
exerciti, hi⁹ nihil boni declarabūt, ſed theologos in ſigniter eru-
ditos, vitaq; probatos, vt & Iohann: Gerſon cifer. Non ſicut
hodie errāt quidam pontificij adulatores, qđ ſine literis, ſine ra-
tione bonę vitę, pronunciant de capite ſuo, velut certi, qđ ſpūs
ſanctus eos regat. Fatemur Eccliam non deſeriri ſpū Christi, ſed
Ecclesia ibi non intelligitur Papa & Cardinales, aut etiā Con-
ciliū. Ideo poñenda eſt iſta ſtulta fiducia pŕeſentis ſpūs, ſecuri-
tasq; pronunciandi, & cū timore conſultis ſacris literis res, ge-
renda.

Secūdo dico, Q; merita Christi ſunt ſpūs & vita, ſunt grā
& veritas, vt Joh. i. Grā & veritas per Ihesum Christū ſacta eſt,
cum aut̄ in nullius hominis potestate ſit, gratiam & veritatem,
ſpiritu & vitam tribuere. Ideo nō poterit Papa vel Ecclia me-
rita Christi diſpensare, i. gratiam & veritatem, & hanc ſententię
ita teneo ac tenebo, etiā ſi angelus de celo, nedum Papa aliud
dixerit, Q uandoquidē & vniuersa Ecclesia, omnesq; in vnu
doctores, negent, gratiam dei per hominē dari.

F ḡ

Q, si dixeris, applicare tñ pōt merita Christi, quo voler.
Respondeo. Merita Christi sunt grā & veritas, siue dentur siue
vendantur, siue dispensent, siue applicent. Nō enī sūt aliud, p
merita Christi, in quo cūq; eorū vñ, ideo sicut nec dare, ita nec
applicare ea pōt hom o, dicas quid velis.

Rursum dices ministerialiter dat merita Christi, Hæc con-
cedo, sed non p indulgentijs, quia indulgentijs sunt contrarie
meritis Christi. Merita Christi sūt grā & veritas, q; faciūt me-
liorem in spū, & sanctiorē eū qui consequitur. Indulgentijs yō
nihil boni conferūt in spū, sed remittunt bona spūs contra me-
rita Christi. Quare ipsi viderint sua verba & vsum suum, Ego,
salutem eoru reverentia, dico q; vñ verba sonant, Merita Christi
non esse posse thesaurū indulgentiarū, sed contra thesaurū im-
positionū & penarū ferendarū, oīn o contraria indulgentijs.

Ideo fateor ea conserti ministerialiter in absolutione culpe,
ibi em res spūs agitur, ibi merita Christi operant ad verbū sa-
cerdotis, si creditat peccator, alias nequaq;.

Quare declaratoriā illā nō damno, sed suo sensu eam re-
linquo. Si aut̄ apitata fuerit, vt contra p̄dicta militet, respuo &
postulo, vt reddatur ratio dicto r. Deinde ostendatur p̄tā fa-
ciendi articulos fidei, aut p̄feratur p̄bata revelatio, nudis ver-
bis prohibet me Paulus credere.

CON: XI.

Dicere indulgentias esse bonū Christiano, est in-
sanire, sunt enī verissime operis boni vitiū & im-
probare indulgentias, debet Christianus ob abu-
sum, quia dñs dicit, propter me deleo iniquitates
tuas non propter pecunias.

Propheta p̄s xlij. appellat, insania falsashoim doctrinas,
quibus colitur deus, contēpto eius mandato, q;to magis insa-
niūt hīj, qui cū indulgentijs sint remissiones honorū operū, &
salubrīū p̄gnarii, audeant hęc bona pfiteri Christiano, cuius
bona sunt, esse plenum bonis operib⁹ & p̄enitē crucis, imagine
dñi sui Christi.

Deinde semper sunt vitiū opis, dum non daretur id quod
datur, nisi indulgentias scirent reddendas, ita propter malum
suum, seu minus bonum, faciunt bonum suum, vbi certū est,
quod non queritur deus, sed ipse hom o.

Tenta & videbis me verū dicere, Nā in Italia vbi gratis sunt indulgentiæ passim expositæ, nemo eos curat. In Germania contra, nisi des, eas nem o tibi dabit, ita mirum est ingenii indulgentiarū, q̄ aliter in Italia, aliter in Germania regnāt.

Hanc p̄positiō nem Iohan: Eccius Lipsiq̄ impugnauit, sed ita, vt in libilū pene ferint vniuersē indulgentiæ, neq; ip̄e enim viſus est eas magnificare, atq; viuā iam diu sic fuissent cōmēs dare, sicurab. Ecco nō sunt cōmendatae, minus rapinarum & spoliorū Romana avaritia tulisse Germania, tum nō ita irriserent Germanorū barbarā ruditatē Romanenses populorū illusores, Cetera in resolutorio.

CON: XII.

Papam posse remittere omnē pēnā pro peccatis debitā huius & futurę vitę, & q̄ indulgentiæ prorsunt non criminosis, omniāt secure indoctissimi sophistę & pestiferi adulatores, non tñ vel nutu possunt ostendere.

Et hanc nemo aggressus adhuc, quem viderim p̄ter p̄positiōis Eccianę ventū, ad quem nō ē secura pluviā.

Verum quia & hęc est cōtra nouissimā declaratoriā, quae dicit, Eccliam remittere poenas pro peccatis scđm iustitiā diuinā requisitas. Hic dico.

Sepiū dixi, Eccliam nihil posse cōtra iustitiā diuinā p̄ter orationē, nisi equiuoce iustitiā diuinā accipias.

Nam mihi nullū dubium est, penas quas Ecclia requirit a peccatore, simul requiri a iustitia diuina, per pactū quem fecit cum Ecclia dices. Quodcūq; ligaueris sup terram, ligata eris & in celis. Vbi clare dicit ligari apud se, qđ in Ecclia ligatū est & ita consonat iustitia Ecclie & dei sup peccatore. Verum hoc modo nō habet vsus loquendi, q̄ per iustitiā diuinā intelligit aliam seorsum extra pactū iustitiā dei, scđm quam Ecclia non imposuit aut imponit. De hoc dico, si declaratoria loquatur, non ci credam. Sīnam tamē esse opinionem, sicut & sumpta est ex opinionebus. Nam vt dixi, nouos fidēi articulos nō recipio a quoconq; statuant, nisi assit p̄bara reuelatio. Nec declaratoriā articuli cuiuscūq;, nisi per diuinās scripturas declarauerit. Quarū ne syllabam quidē habet ista declaratoria Iuristica magis q̄ Theologica.

F ij

An hic mihi obstrepit magnam & in fallibilem esse autoritatem Ecclie, quae spiritus sancto regatur. Denique iuxta Aug. Euangelio non crederem, nisi Ecclie crederem. Hic sane, nouum per legus disputatiois nauigandum est.

Dico sicut paulo ante dixi, magna & infallibiliter esse Ecclie autoritatem, quod spiritu Christi regatur, pleno corde confiteor. Sed si quis perdit qibusdam & assentatoribus Theologis, debemus hanc intelligentiam, quod Ecclia habet pro notariis & penitentiariis aut magistris pallacij papam accipit. Nam ipsi pontifices, raro habentes curant, cum de universalium Ecclesia tota loquuntur, non de Roma, ne Ecclie quadam parva & nonnullum vilissima parte. Et inde habemus etiam bullas & definitiones ex urbe dignas tali Ecclesia

Ad autoritatem Aug. dico primum.

Ecce eius vulgata quorundam sententia hanc. Euangelio non crederem, nisi Ecclie crederem, id est, plus credo Eccliae quam Euangelio. Et quod haec eorum sit sententia, ex eo pater, quod Papae hinc tribuunt autoritatem interpretandae scripturam, soli etiam. Deinde ea opponunt omnibus, quos audiunt vel dubitare vel reluctari posse sic vel literis vel factis.

Qua sententia, nec Lucifer ipse, nec oculi hereticorum simul sumpti, damnatorum, immo nec similem impietatem cogitauerunt. Nam hinc sequitur Papam & Notarios pallacij esse supra Euangelium ac pro hoc supra deum, cum lucifer solum equalis deo esse conatur fuerit. Quia sapientia tua, Papa nobis hominem illum statuit, de quo dicit Paulus, Qui extollit supra omne quod colitur aut quod discitur deus. Ecclesia enim creatura est Euangeli, incomparabiliter minor ipso, sicut ait Iacobus, voluntarie genuit nos verbo veritatis suus. Et Paulus pro Euangeli, ego vos genui. Unde idem verbum, vocatus erus & vultus dei. Isa. xlvi. Qui gestaminus in vestro meo & portamini in vultu meo, quia scilicet ex deo nascimur & portamur verbo virtutis suus.

Si hoc volueritis etiam Aug. sicut ei innocentissimo impo-
nunt, Quis non Augustinianus maler nunquam audiuisse nomen?
Igitur ad fontem eundem est, Scribit enim etiam Aug., contra Epistolam fundam etiam Manicheorum, non Vincenzii (vulgo dicitur) cap. v.
ad eos studiosi sunt tum librorum tum verborum, ut nec ad originem, nec ad sensum curerit pedem mouere, denique verba Aug.
quaesitabent, Euangelio non crederem, nisi me Ecclesiae commoveret autoritas. Illi thrasones, sic reddunt. Euangelio non credem, nisi crederem Ecclesiae. Inde nihil mirum, si tantum sit labo-

ratū in huius dicti intelligentia, & tot sensuī riuiulos inde ducetos. Iustus em̄ labor ī est, vt multistorqueātē interpretationib⁹
bus, qui librū & autorē non dignant̄ lectiōe, sed desuis capitib⁹
bus diuinare conant̄, vndeliber decerp̄tis deprauatisq; dictis,
intelligentiam.

Primū, familiaris tropus est bī Aug. dicere, se esse commo-
rum huius vel hui⁹ autoritate, sic em̄ lib.i. Retra. Postea cū le-
gissem nonnullos diuinorum & oīquierū tractatores, quorū me
moueret autoritas &c.

Secūdo, Ecclesiām hoc loco, nec Papam, nec Romā acci-
pit, sed per totū orbem diffusam vniuersalē Ecclesiā, vt mox
ibidē secutus dicit. Euāgelio em̄ Catholici p̄dicantib⁹ credidi.

Est ergo argumentū scop⁹ & summa B. Aug. eo loco, eius
modi, vobis Manicheis nō credo, quare: quia in Euāgelio ni-
hil de vobis lego. Cum aut̄ Catholici vos per totum mundū
detesten̄t. Euāgeliū aut̄ cōmēdēnt mihi, & cōstanter vbiq; p̄-
dicent. Euāgeliū autem nō credidisse, nisi totus orbis tam
cōcorditer docēns, hac autoritate sua me moueret ad creden-
tum, sim̄ eadē autoritate moueor ad vobis nō credēdū, q; an
nil de vobis lego in Euāgeliū, cui motus autoritate totius or-
bis credo. Ex quibus clarum ēst Augustinū hoc velle, posse
scz probari tāto omnīū cōsensu, Euāgeliū & Ecclesiā, & im-
probari h̄ereses contrarias tantæ multitudini, presertim vbiq;
cum q; bus agitur, libros acceptat, ex quibus id probatur.

Hunc esse sensum bī Aug. patet q; bus liber, qui p̄cedētia
& sequētia conferunt & scopū Aug. obseruant, frustra Gerson.
frustra Mayron, frustra & alij, hoc de primitiua Ecclesiā, alij de
Ecclesiā cū Christo deo inclusō intelligūt. Nam & lib. cōfessi-
ōnum idem dicit, se nō leuiter mouit ad Christi fidem, q; vide-
re sacris literis, a deo tantam ēsse datam autoritatem, q; proto
orbe haberentur in summo autoritatis fastigio. Sic hic dicit se
motū tanto per orbem populo in Euāgeliū consentiente, in
quo tō nihil inuenisset de Manicheis, ideo non posse se Mani-
cheis credere, quos illi detestarent̄, quos Euāgeliū videbat ita
recipe, vt eorū moueret autoritas ad credendū hoc ēsse Euā-
geliū. Nechoc ergo recte dicit, q; approbante Ecclesiā Euāgeliū
noscatur cū de approbatione Aug. nihil dicat, presertim si Ro.
Ecclesiā intelligas, sed de multitudine totius orbis, q; res nō le-
uis est autoritatis, cū sine dei maximo miraculo fieri tot resistē-
tibus tyrānus, tot in orientibus Christianis, nō potuisset, vt Euā-
geliū sic manaret & cr. sceret. Si em̄ hoc non vidisset fieri, Euā-

F iiii

gelio nō crederet. Quid hoc? An non crederes etiā si totius orbis insanias cōtra Euangeliū: Dixi ergo, q̄ magis loquī de cōuincendis hereticis & phanda fide catholica, (hoc em tunc agerat,) q̄ de sua p̄pria fide, que non villoꝝ autoritate, sed spiritu solo dei oritur in corde, licet per verbū & exemplū moueat homo ad eam, Sed quia hereticis hoc exemplo p̄ fide fortiter resistitur, q. d. fides, quam habeo in Euangeliū, nō possem ita tueri cōtra vos, nisi Ecclīę ista mouerer autoraſas. Et est simile, sicut deo non credidisse, nisi Paulo predicanti credidisse, quia fides non nisi ex auditu. Quō enim credent ei, quem nō audierūt? Ita phatio fidei non nisi ab exemplo totius Ecclīæ per orbem, quō enim p̄suadebit etiam si solus fortissime credit, nisi p̄ferat & alioꝝ exemplū & hoc q̄ poterit potētissimū?

Igit̄ non crederem, necessario intelligi, id est non possem p̄suaderi & p̄suadere ad credendū, alioquin falsissime diceret cū solus sp̄ritus sanctus faciat credere quēcꝝ. Atq; iteḡ simile esto, Iohan. dicit, Qui nō diligē fratrem, quem vider, deum quō potest diligere quē nō vider: cū sit impossibile fratre diligē, nisi in deo prius dilecto. Est ergo sensus, non phatur diligere deū quem non vider, q̄ non ostendit se diligere fratrem quē vider. Vides ergo q̄ longe abierint ab Aug. qui hūc tropū nō obseruauerūt & q̄ inepce ad Ro. pontificē & Ecclīam Ro. ista directa sint.

Dicis iterū, Christus rogauit pro Petro dicens, ut nō deficiat fides tua. Si deficere accipit̄ latino tropo, manifestū est Petri fidem defecisse, qñ cecidit negato Christo. Quare Petri fides tum nō in Petro, sed in virginē Maria mansit, & in latrone dextro orta est. Eadem enim est Petri fides, q̄ omīū, sicut Aug. de trinitate dicit, lib. i. Hęc mea fides est, qm̄ hęc catholica fides est. Atq; hoc modo fides Petri nihil ad Ro. Ecclīam, q̄ sensus est. Fidem Christi (quae totius Ecclīæ est,) quae tunc in Petro sunt, nunq̄ defecuram.

Si aut̄ hebreo tropo deficere accipit̄, pro finiri ac penit̄ celare, nec aliquā reparari, clarū est Petri fidē cecidisse q̄dem, sed nō defecisse, quia reuersa est a lapsu, verū ex hac personali fide, nihil pro villo Episcopo inferit, nec aliquā ad successorem p̄mit̄ de hac fide, quātū verborū proprietas facit.

CON: XIII.

Romanā Ecclesiā esse omnibus alijs superiorem,

probatur ex frigidiss. Ro: Pon: decretis intra. cccc.
annos natis, contra quæ sunt historiæ approbatæ
Mc. annorū textus scripture diuinæ, & decretum
Concilij Nicenij omnium sacratissimi.

Hanc edita resolutione aliquanto declarauit, plura dictus futuris aduersarijs. Interim, quia sc̄dales est, p̄positio in aribus pietatis, t̄destinuidis & superbis, pauca iterū ne nuda p̄deat, addam, pro quo, primū probō, quālibet ciuitatem h̄aere debere Episcopū, p̄ prium iure diuino, qđ ex Paulo, tit. l. ostendo dicēte, huius rei gratia reliqui te Crete, ut q̄ deflent corrigas & cōstituas p̄l byteros per ciuitates, sicut ergo disposui t̄ibi. Hōs aut̄ p̄l byteros esse Ep̄os, testat Hiero. & textus sequens ostendit, dices oportet em̄ Ep̄m esse reprehēsibilem &c. Sed & B. Aug. Ep̄pa. xxix. ad Hiero. Ep̄m descripturus rōem addit & dicit. Erat em̄ Ciuitas, q. d. non erat simplex p̄l byter sed Ep̄us, de quo loquor, quia eraç ciuitas cui p̄erat.

Secundo suppono.

Christū habere, aut aliquid habuisse Christianos in om̄i termino terræ, vt in extrema parte Indic & Aethiopic & alijs lini nibus iuxta psal. ij. Possessionē tuā terminosterre, & lxxi. dominabit̄ a mari usq; ad mare, & a flumine usq; ad terminos orbis terrarum.

Tertio suppono.

Fideles Christiani posse esse perfectos, & pauperes relictis omnibus suis rebus, ita ut nihil proprij habeant.

Tunc arguo.

Dentur hi fideles in extremo aliquo termino terræ, pfecti & pauperes, credentes Christū, qui legē suā voluit esse suauē, voluisse vt per tantū iter, tantū sumptib⁹ fideles sui Episcopū e Roma palliatū & confirmatiū acciperent: Nā hinc vere plus imposuisse oteneris Ecclīæ suæ, q̄ vñ p̄l imposuit synagoge. Quin coegisset eos, paupertati Euāgelię renūciare & cōtemp to p̄cepto ci⁹, curā habere & sollicitos et̄, quō dititias & sumptos concerueret, quo pallia & cōfirmatiōes impetrare posserent. Nam si est ius diuinū Episcopos om̄es e Roma accipere, Non licet hoc villo vel loci vel terū casu infringere, ac per hoc infringere oportet aliud ius diuinū, scz ne solliciti sint de crastino, vt Matt. vi. docet. Impossibile est em̄ a tot finibus terræ, tantū iter cōficere ab ijs, q̄ iuxta Euāgeliū solliciti non sunt de cras-

stino, non enim habebunt sumptus.

Si dices, p̄t Ro: Pontifex committere vicinis Ep̄pis p̄tatem suam. Respondeo, tūc non erit ius diuinū ex vrbe Roma Ep̄os petere, quia ius diuinū nō p̄t mutari aut transferri in aliū, ab eo cuius est, & cur nō hodie q̄q̄ primatibus non co[n]seruantur p̄tatem? Quid cūn̄ hic obstat, nisi detrimentū lucri & glorię?

Sed sīnge aliquā Ecclesiā ab hostiis capta, vt non possit ad Romā mītere p̄ Ep̄o. Quid hic faciet? si ē ius diuinū, captiuitas nō excusat, ius em̄ diuinū est nulli rei alligatū, sed super om̄ia in oībusq̄ seruandū, si dicis sufficit votū mittendi, dico, Cur nō & in alijs Ep̄iscopatib⁹ hoc votū sufficit, qui exhausti sunt, & iam longe a Roma positi, vt magnō suo detrimento (cōtra charitatē) Ep̄m emere cogantur?

Secūdo, Sequit̄ ex verbo Pauli, quo cuiilibet ciuitati Ep̄m tribuit (qui nūc plebani dicuntur) Ep̄os, patriarchas, primates, qui hō die sunt esse iuriſ humanit̄, quod & decretā indicant, q̄bus Ro: P̄otifices sibi tribuūt om̄ Ecclesiātū & dignitatū cōstitutionē, atq̄ ita iure diuino, Papa nulli ē superior om̄ino, aut solis plebanis superior est. Ceteris medijs ac maioribus suo ius re & vīsu superior est, q̄ & Cardinalibus, Arq̄z vt plebanus alteri non preferit iure diuino, ita nec vīllus Ep̄iscopus vīlli Ep̄o, Om̄ia enim hēc per Eccliam ordinata sunt.

Ex quo vīterius sequit̄, q̄ cum vīnus Ro: Ep̄us, non possit om̄ parochiarū curam habere, q̄bus solis est superior iure diuino si superior est, vt dixi, non esse credendū, q̄ Christus ad īapossible eī voluerit iure diuino astringi, ac p̄ hoc nec iure diuino superior ē om̄ibus. Q, si nō om̄ibus, eadē ratione, nulli particulariter, ac sic om̄es omniū ciuitatū Ep̄iscopi, quales iure diuino sunt.

Iam qđ in principio egimus, Conciliū Constantiense determinauit, conciliū esse supra Papā, sicut & huius determinatiois vīsum ibidē seruauit, deponendo & statuendo Papā. At si in iure diuino Papa om̄ibus superior. Conciliū, heresim & fecit & definiuit, quia haereticū est, diuinū ius dam nare & contrariū statuere.

Q, si dixeris, Cōciliū nō Papā, sed hominē dat vel affer, papacū semper manente. Respōdeo, hoc est ridiculū & insulsū cōmentū. Sequitur enī, q̄ nō papā vt papam, sed hominem tantū deponit, ergo papa depositus papa erit, quia manet idē qui prius, cī in eius papatū nihil sit actū. Quid moror? Non in hominē agit, sed in papā vt papā, quia administrationē ei

auffert tāq̄ habens p̄tatem tradendę administrationis, nō secus
q̄ papa ip̄e Ep̄m statuit, vbi vtq̄ nō hominē ut hominē, sed
Ep̄m ut ep̄m statuit, cōferens ei administratiōis ius. Alioquin
& hīc dicet, Nō Ep̄m statuit aut Ponti, sed hominē ep̄scopatus
manente. Has larvas inuenierūt, dū ep̄atū nō officiū, sed dignis
tatis vocabulū (nescio in q̄ v̄lī reali latentis) fecerūt.

Qz si papa ē iure diuino, nō licet eū deponere villo modo,
siue malus siue bonus, siue hereticus, siue catholicus, sed est
tolerandus vsc̄ ad mortē, sicut Saulē a deo vnc̄tū iure diuino
Regem, David tolerauit. Quare iterū errant & heretica erunt
decreta, quę statuūt, papam p̄ heresi deponendū, quia contra
ius diuinū statuūt, cum nō sit superior qui eū deponat. Si autē
est vllus superior, vt Conciliū (qd̄ verū est) iam ip̄e nō est oīm
superior iure diuino, sed accipit hanc superioritatem humano
Concilij fure, cui eā rursus debet mutandā eius arbitrio.

Plura (vt dixi) prouocatus, nā seruanda sunt, & in p̄sidio
arma aduersus pertinaciam emulorum.

In fine repeto, quę in principio dixi, me prorsus cōfiteri
& tueri primatum Ro. Ponti. q̄tus q̄tus est, fuit aut futurus est.
solū, q̄ nouū dogma esse scio, iure diuino eundē stabiliri, q̄a
nullus antiquo & patrū meminīt eius articuli fidei, qui tñ oia
tam pie & sollicite, quę nostrę fidei sunt exquisierūt, nec scđm
eundē egerūt aut vixerūt, quos oēs hereticos dici nulla ratione
patiar. Atq̄ indies magis mihi placeo & superbus siō, q̄ video
nomen pessimū mihi crescere, veritatē em̄. i. Christū oportet
crescere, me aut̄ minui, plus gaudeo ad vocē sponsi & sponsi,
q̄ ad tumultū & clamorem luxuriosorum procorū metuo.
Certus, q̄ homines qui videntur mihi aduersari, ip̄i non sunt
malorū autores, ne eos odio habeo, sed Behemoth ille prin-
ceps malorū, quę per umbras suas video, velle mihi formi-
dabilis fieri, si posset, & veritatē eregno suo mei occasione ex-
turbare. Sed maior est qui in nobis est, q̄ qui in mūdo, q̄ duce,
nihil proficit inimicus iste, Amen.

Pr̄sens male iudicar etas, Iudicium melius posteritatis erit.

IMPRESSVM VVITTENBERGAE,
ANNO DOMINI. M. D. XIX.

,abus
imis,
ddens
di, oris
& ad
nostra
r cele
o die
o prē
vi, ve
ter &
ialiter
uillers
no tā
ualiter
adire
le nō
sc̄ cū
Decas
renter
tudis
Acta
& die
Mas
eccle
testiz
ubert
dictē

Dos
leurs



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN



